Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Annus Chri. 1369. usq; ad 86.

Henricus Abbas nonus.

Frater Henricus Gruspit electus in Abbatem fuit Anno Domini 1369. Vberlingensis.
Regnauit annos 17.
Obiit anno 1386. 22 februario.
Emit diuersa bona pro marcis 68.

S. Pontifex.

Gregorius Vndecimus. sedit annos 7. m. 2. d. 27.
Vrbanus 6. sedit annos 11. m. 6. d. 8.

Cæsar

Carolus 4tus Vir sobrietatis. qui multas leges condidit, & etiamnum Carolinæ vocantur. Rexit feliciter & laudabiliter Romanum imperium annos 32.

Comes Tyrolis.

Rudolphus, Albertus, Leopoldus Austriaci.

Rudolphus iste 4tus ex æstu & itinere ardenti febre correptus primo anno post resignationem Margarethæ, Mediolani moritur anno ætatis suæ 26. Cuius corpus Viennam deportatum, sepultum & in crypta sub Choro apud S. Stephanum.

Annus Chri. 1386. usq; ad 99.

Bertholdus Abbas Decimus.

Anno Domini 1386 in Abbatem Monasterii huius electus est F. Bertholdus Musantus de Asmina.
Præfuit Abbas Monrio annos 13.
Obiit anno 1399. 13 Octobris.
Emit diuersa bona pro marcis 62.

S. Pontifex.

Bonifacius nonus. sedit annos 14. m. 11.

Cæsar

Wenceslaus Caroli 4ti filius, qui cum patre regnauit annos 8. post obitum patris annos 22. Vir levis impij inutilis, patri totus dissimilis. bis captus & inclusus, tandem & ab Electoribus depositus.
Sub isto etiam exorta est hæresis Hussitarum.

Comes Tyrolis

Albertus cum Leopoldo, qui licet post obitum Rudolphi regiones partiti sint, tñ Comitatum Tyrolensem, tanqm in medio positum, vterqs simul administrarunt, eiusqs beneficia, i. feuda, nunc ambo simul, nunc alteruter, suo & fratris nõe contulerunt.

Leopoldus iste 3tius, dictus Probus, Anno 1386 apud Oppidulum Sempach egregiè inter primos pugnans ab Helvetiis occisus est, cuius corpus una cum optimatibus in Monrio Campi Regii tumulatum est. Nomina Comitum, Baronum, Nobilium, Equitum cũ Leopoldo occisorum Vide apud Decium lib. 4. fol. 32 &c.

Ex Viridâ, Barnabonis Ducis Mediolanensis filiâ, Leopoldus filios reliquit Guilelmum secundum, Ernestum 3m, Leopoldum 4tum, Fridericum 5tum. filiam Elisabetham pulchritudine insignem, & Henrico Goritiæ Comiti desponsam ante nuptiarum diem obiit. Vxidam et meminere filiæ eius Catharina, & sacris virginata fuerit.

Albertus 3tius, dictus cum trica moritur in arce Luxemburg Anno Dñi 1400, cuius corpus sepultum Vienna ad S. Stephanum. Reliquit is unicum filium ex secunda coniuge Albertum 4tum.